

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

XCVII. An, seu id est, opus melius sit, opera, operatione?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

palli causa distinctionis dominorem) non
 huius, quod suum non est, sed alienum, vi ra-
 piens. *Peroratio.* Quæ cum ita sint, in primis q̄;
 animus Laurentii zelo divino accensus fue-
 rit, iniquus à quibusdam censoria virgula e-
 jus factum notari, si mecum statueritis, ora-
 tionis meæ finem affectus esse videor.

XC VII.

*An ἐτέργημα seu ἀποτέλεσμα, id est, opus melius sit
 ἐνεργεία, opera, operatione?*

QUORUM, inquit Aristoteles i. Ethico-
 rum, sunt fines quidam præter opera, in
 his meliora sunt operationibus opera.
 Hæc sententia vera est. Quia operatio quaerit-
 ur non sua, sed effecti causa. Sed dextrè intel-
 ligenda est, ac distinguendum. Quædam ope-
 rationes præcedunt opus, ut causa, id produ-
 cens: ut in arte ædificandi ædificatio præce-
 dit ædificium, id est, domum, ut causa hanc
 producat: Quædam autem prodeunt ab o-
 pere, ut effectum à causa, ut defensio ab inju-
 riis, protectio à frigore, imbribus provenit à
 domo. Cum igitur Aristoteles opera esse me-
 liora ait operationibus, intelligit operatio-
 nes antecedentes, non subsequentes. Scilicet
 subsequentes sunt meliores effecto opere,
 quia hoc ad eas destinatur & ordinatur, ut ad
 finem seu scopum. *Actiones, exempli causa,*
 Ff 5 quæ

Fines superiores sunt meliores inferiores inferioribus.

quæ proficiuntur à procreato habitu sunt meliores & experibiliores habitu, quia perfectiores & faciliores: Quæ verò præcedunt habitum, ut imperfectæ & difficiliores, non sunt meliores.

XCVIII.

An opinio sit de omnibus: & an quaedam sit prava?

ARISTOTELES lib. 3. Ethicorum, cap. 1. Opinio, inquit, de omnibus esse videtur: non distinguitur pravo & bono. At electio non est de omnibus: distinguitur pravo & bono. Prius quomodo convenit cum veritate? quomodo cum posteriorum analyticorum doctrina, ubi traditur, quorundam esse intelligentiam, quorundam opinionem, quorundam scientiam? Sanè quædã sunt per se ipsa nota, aut sensui, aut menti. Non igitur opinabilia. Ignem esse calidum, & urere, non opinamur, sed novimus argumento *αἰσθητός*, id est, experientiæ testimonio. Totum esse majus parte sua, (ut similis *ἀπὸ τῶν μερῶν*) intelligentiæ nostræ per se notū est. Non igitur est opinio. Aristoteles ergo *ἡ γνώμη* & cum restrictione atq; exceptione necessaria, omninò accipiendus est sic: Opinio est de omnibus enunciationibus, quæ per se ipsas notæ nō fuerint. Interdum etiam simpliciter necessaria sub opinio.